



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 67. Ambasianæ conjurationis initia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

IV.
nibus
espon-
s Cæ-
ilium
modo
e vel-
cifici-
licius
pace
o re-
e Cæ-
nanc-
onvo-
Syno-
quam
nenti
hoc
, ne
s, in
c ne-
it.

nini-

cum
hac
tes,
su-
rat:
in
quo-

quorum Regno ob Religionis dissidia Sæcul. XVI.
cuncta sus deque vertebantur, ac pe- A.C. 1560.
riculosa conflabatur conjuratio, cui plu-
res generis nobilitate conspicui jamjam
nomen dederant, eoquod die prima
Januarii Franciæ Rex legem promulgaf-
set, vi cuius sanctum, ut judices spe-
ctatæ integritatis, & eruditionis in su-
premis regni curiis, & inferioribus sub-
felliis constituerentur, hinc in posterum
penes ipsos judices, cum aliquis
in locum demortui sufficiendus esset,
jus foret, tres probitate, & juris scientia
conspicuos nominandi; ex quibus quem
vellet, Rex deligeret. Id sancte ac fa-
lutariter decretum ex Francisci Olivarii
suasu, ac multoties postea repetitum
fuit: ast quo minus locum habuerit,
aulicorum ambitione, & avaritia effectum
est, qui emolumentum ex muneribus
publicis ac dignitatibus pretio nequiter
æstimatis, & turpiter divenditis captan-
tes, ad augendum, sicuti jactabant,
principis Ærarium pravis edictis judi-
cum numerum in immensum multipli-
carunt.

§. LXVII.

Ambasianæ coniurationis initia.

Interea Proceres majorem semper in- Thuan. l. c.
dignationem palam exerebant, æger- Bellef. l. 6.
rime ferentes, quod publica regni ad- cap. 8.

A a 3 mini-

Sæcul. XVI. ministratio ad Principes Guisios pen-
A.C. 1560. tus esset translata, exclusis Regii San-

Belcar. *comm. l. 28.* *num. 41.* guinis Principibus, ac Ordinum Senati-
 bus, ad quos tamen jure, atque anti-
 quis Franciæ legibus hæc auctoritas

pertinebat. Inde vero conjuratio ini-
 cæperat, cui quamplurimi nomen da-
 bant, alii præsentem rerum statum, &
 insolentem Guisianorum dominationem
 pertæsi; & alii ex Religionis obtentu, cu-
 jus libertatem opprimi, & eos, qui illam
 profitebantur, crudelibus suppliciis quo-
 tidie lacerari indignabantur; alii deni-
 que id agebant ex rerum novandarum stu-
 dio, quos egestas, judiciorum metus, &
 conscius flagitiorum animus exagitabat:
 Insuper quæsitus est justitiæ obtentus,
 perinde ac si Guisiani summum in Regno
 imperium spreta Ordinum auctoritate
 usurpâssent, ac Regis imbecilli ætate ab-
 utentes, armorum ad se contractam vim
 ad privatas opes firmandas converte-
 rent, ærarium expilarent, patriæ li-
 bertatem opprimerent, Religionem re-
 formatam professos vexarent, denique
 omnia consilia ad Reipublicæ eversionem
 conferrent: Ut vero cuncta juste, & ser-
 vato juris ordine agi viderentur, con-
 fecta sunt acta, ac probationes secretae:
 habitæ insuper de ea re deliberationes,
 & consultationes clarissimorum illius æ-
 tatis in Germania, ac Francia juris

peri-

peritorum exquisitæ sunt atque Theolo- Sæcul. XVI.
A.C. 1559.
gorum Protestantium sententiæ, an salva
conscientia citra violatæ Majestatis, ac
legitimi Magistratus crimen liceret pro
patriæ salute, ac libertate arma sumere,
Franciscum Guisium, & Carolum Car-
dinalem ejus fratrem capere, atque ad
usurpatæ administrationis rationem
reddendam adigere: cum autem illi,
quorum sententia desuper exquirebatur,
nonnisi Protestantes essent, hinc etiam
sine ulla tergiversatione respondebant,
licere vim contra illegitimam Guisia-
norum dominationem opponere. (°)

§. LXVIII.

Renaudius hujus conjurationis caput.

E quidem hujus conjurationis Autho- Thuan l. 24.
Beza l. 3.
p. 250.
res ignorantur; non defunt tamen,
qui perfidum hoc consilium post Hen-
rici II. mortem Genevæ procusum fuisse
affirment, testenturque, quod Galli
Calvinianæ hæresis, Sectatores, quam-
primum rerum summam Guisio Duci, ac
Cardinali juratis eorum hostibus com-

A a 4 missam

(*) En novum argumentum, ex quo ma-
nifeste elucet, quam mendaciter Protestan-
tium nonnulli in suis scriptis jaſtitent, ſin-
gularem ſuæ ſectæ prærogativam eſſe, quod
Magistratum auctoritas ſemper in tuto po-
ſita ſit, vide Præfationem ad tomum XXXV.